

Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy, 280

In nomine Domini. Ego Gerardus Dei gratia Promiensis et Stabulensis abbas, notum facio omnibus tam futuris quam presentibus, quod monachis de Roseriensi monasterio, sociis et fratribus nostris, concessi gratis habere transitum Mose apud Vgrees seu Sclacins, eodem jure quo Stabulenses et Malinundarienses monachi ibidem sine alicujus precii exactione habere cognoscuntur. Et hoc eis concessum est ex consensu et benivolentia Malmundariensis monasterii ad quod ex antiqua possessione idem transitus pertinere comprobatur. Hujus rei testes sunt de predicto cenobio : Mauricius decanus, Phylippus prepositus Hasbanie, Petrus prepositus Moselle, Cuno custos, Henricus cellararius, et totus conventus.